



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1844

XI. Notarieller Vergleich des Priesters Konrad Barsekow und des Achim Penkow wegen des Nachlasses des Claus Barsekow, vom Jahre 1493.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54407](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54407)

Schillingk pennighe; up Gorges Kelks hoff und huwen eynen wispel roggen, eynen wispel gersten, eyn und twintich Schilling pennige, eyn Rockhon unnd meth allem rechte; up Claws Wreden hoff fess schilling pennige, vp den parrehoff achteyn pennighe, vp Jacob segelers hoff viff schepel Roggen vif schepel gersten acht schillingk pennighe unnd meth allem rechte unnd van Jewelker hofstede eyn Rockhon; upp Onimus Wefskens hoff unnd huwen vestein schepel roggen, vestein schepel gersten, negen Schillingk pennighe eyn Rockhon unnd meth allem rechte; up Jesper Otten hoff fofs Schillingk pennighe; up Gorges Gartows hoff dry Schillingk pennighe. Solke vorgeschreven guder lihe wy en und oren rechten lyves lehns eruen meth aller rechticheyt nicht uthgenomen, In craft unnd macht deses unsen brives. To urkunde unnd mehrer sicherheyt hebbe wy unse grofte Ingesigel unden an deses unsen briffe hanghen laten, der gegeben is up unse Borch Olden Ruppin, Am Sonnavende na Symonis et Judae, nach Cristu unses leven hern geburdt 1484.

Aus Bratring's handschr. Urf.-Sammlung und Kampe's Mittheilung.

XI. Notarieller Vergleich des Priesters Conrad Barfekow und des Achim Penkow wegen des Nachlasses des Claus Barfekow, vom Jahre 1493.

In nomine domini Amen. Anno a nativitate ejusdem Millesimo quadringentesimo nonagesimo tercio, Indictione undecima, die vero lune, vicesima octava mensis Januarii, hora tertia vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri Domini Alexandri divina providencia pape Sexti, anno ejus primo, in mei notarii publici testimonio infra scriptorum presentia personaliter constitutus Honorabilis vir Dominus Conradus Barfekow, presbyter Havelbergensis diocesis, proposuit publice et recognovit, quod post mortem Claws Barfekowes fratris sui carnalis certo die elapso in vim amicabilem concordie occasione hereditatis Ursule, quondam uxoris dicti Claws Barfekowes, cujus heres uxor legitima Achim Penckowes existit, cum omni jure et proprietate pro se et suis heredibus dedit, donavit, tradidit et praesentavit Achim Penckow certas reemptionum literas, videlicet unam literam in Wotenow super tribus choris frumentorum, sigillo Nobilis Domini Domini Alberti, Comitis in Lindow sigillatam, et duas literas super una sexagena et viginti modis frumentorum in Werder, per Dominum Petrum de Alem sigillatas, unam literam super uno talento in Bechelin, per quondam Claws de Alem sigillatam, rursus unam literam super uno talento in Darguitz per Claws et Didericum conductos Ror sigillatam, prout in eisdem literis de verbo ad verbum plenius continetur et habetur. Quas quidem donationes traditiones et presentationes literarum predictarum quolibet per predictum Dominum Conradum antedicto Achim Penckow factas Lentze Barfekow ut proximus heres dicti Domini Conradi pro se et suis heredibus in manibus Notarii mei subscripti promisit ratas et gratas habere et contra eas quovis modo non venire neque contrafacere verbo vel facto. Et tum hoc post — — aliquid tempus eidem Lentzen aut heredibus ejus ad praetatas literas quodlibet competere posset, illud totum ad commodum et utilitatem predicti Achim Penckow resignavit et renunciavit post premissa. Etiam sepedictus Dominus Conradus Barfekow praefato Lentze Barfekow amico suo dedit et donavit simpliciter Decem novem sexagenas cum redditibus emptas super domo et manso Hans Hakenberge sic, quod possit et valeat praefatam Summam pecuniarum cum redditibus in utum et commodum convertere. Super quibus omnibus et singulis premissis antedictus Dominus Conradus Barfekow, Lentze Barfekow et Achim Penckow sibi a me Notario publico infra scripto unum vel plura publicum seu publica instrumentum et instrumenta fieri petierunt. Acta sunt haec in Nova Ruppin in aestuario Dicti Domini Conradi, presentibus ibidem providis cir-